

Franckesche Stiftungen zu Halle

Observationvm Philologicarvm Decadem

Dehn, Johann Heinrich

Regiomonti, [1729?]

VD18 13484982

Observatio V. in Zeph. I. 9.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:33-1-216539](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:33-1-216539)

ium impetraverit. Exinde hoc format monitum, v. 16. ne ergo nimiam tibi iustitiam arroga, atque ejus opinione tumidus in adversis contra DEum & homines insolenter te gere, neque nimium in tua sapientia confide, (Rom. XII. 1. 3.) ita, ut DEo, prescribas, quo te modo tractare, mundumque regere debeat, quare enim sciens, volensque tibi exitium attrahes, v. 17. neque vero propterea, quia dixi, impium nunquam vitam protrahere vitis te petulanter immergas, stultiæque opinionibus abripi te patiaris. Ne DEus tua malitia irritatus, prematura te morte abripiat. v. 18. timor autem Dei, & utrumque extremum, & utriusque extremi pænas te prudenter evitare docebit. Sic Salomo optimarum virtutum doctor & h. l. vindicatur, removet throno presumptionem, evehit in altum humilitatem, mentisque renunciationem in Numinis decreta optima. Sic nulla contradictio, quæ ne in virum prudentem quidem, multo minus Θεόπνευστον cadit. Optime A. Esra ad Coh. VII. אחר שהעיר הכתוב על שלומה שאחריו לא יקום חכם כמוהו ידענו שאין בדבריו הפך רק הם כולם נכוחים למכין וישרים למוצאי דעת postquam Scriptura testetur, neminem Salomone esse magis sapientem, patet, nullam esse repugnantiam, sed omnia plana intelligenti, & recta illis, qui nanciscuntur scientiam. conf. monita fidelia, quo animo Koheloth legendus in Viri ven. & post fata immortalis Aug. Herm. Franckii, Præl. Herm. p. m. 177 178. & ven. Fautoris Lamp. Gedicken Grund. Sätze Christl. Relig. p. m. 245. 504.

Observatio V. in Zeph. I. 9.

NOto in antecessum, sensum litteræ esse facillimum דלג a דלג saltare significat, semperque de lætitiæ hoc gestu sumitur Ps. XVIII. 30. 2. Sam. XXIII. 30. Cant. II. 8. est saltare uno pede terræ imposito, altero elevato, קפץ vero utroque pede sublato. conf. Buxt. Lex. Rabb. p. 542. vox מפתן à rad. apud Ar. & Aeth. adhuc superstitè פתן scrutatus est, derivanda, notat limen inferius, uti משקוף superliminare. Exod. XII. 7. En obiter lingvæ Arabicæ usum conf. ven. D. Jo. Heinr. Michaelis diff. de historia lingvæ Ara-

bica §. 29. & Jo. Abr. Kronmayeri tr. de Usu Ling. Arab. Quod sensum spectat, mira dissensio. Non sunt audiendi, qui ad superstitionem Philistæorum alludi putant, qui truncato capite Dagonis, coram arca fœderis, limen postea domus ingredi volebant, vel ex nimia superstitione ac reverentia erga idolum, aut nimio metu, ne quid gravius illis acciderit. 1. Sam. V. 5. Sentit ita *Jonathan*, in paraphrasi R. Sal. ben Melech in *Michlal Jophi* in h. l. R. S. Jarchi in h. l. *Vinarienses* in h. l. At (1.) est hæc opinio contra contextum, non superstitionem taxare vult vates, sed scelera, rapinas, fraudes, furta. (2.) Minime est probabile, Israelitas ad superstitionem ceteroquin proclives hunc Philistæorum ritum imitatos esse, quod tum ex silentio scriptorum, tum ex inveteratis inimicitiis probatur, quæ Israelitas ac Philistæos intercedebant. (3.) Quæ allusio? Philistæi præ metu limen Dagonis attingere nolunt, hi autem præ lætitia illud transiliunt? Contrarium prorsus scelus est! Plane recedunt à fonte LXX. ita vertentes: καὶ ἐκδικήσω ἐμφανῶς ἐπὶ τὰ πόρτυλα, quos Arabs sequitur vertendo: *judicabo super omnes, qui sunt super porticibus*. Nec melioris notæ est expositio plane Homiletica *Lucæ Ostiarii*, ea scil. *puntiam* illos *aulicos*, qui cum vitam ducant multis flagitiis contaminatam, ut jure ab omnibus *Sacris* arcendi essent, sese *sacris* ingerunt, & quasi limen transiliunt, ne ab aliquo prohiberi possint. Singularis porro mens est Jo. Marckio comm. in h. l. p. 847 qui per limen templum denotat, per insipientem, frequentantem illud, cum hymnis quidem, sed & insimul animo rapinis, dolis, pleno, seu potius animi levitate & arrogantia, (contra Coh. IV. 17. quæ reverentia etiam ultra limen s. terminos constitutos transilientes propellebat.) quæ ex abusu oblationum per ebrietatem poterat provenire. Ut adeo hoc loco sermo sit de maxima Sacerdotum multitudine, ita tamen ut Levitæ, alique inferiores templi ministri prorsus non excludantur propter amplam τὸ כָּל omnis, notionem, eadem sentiunt fere *Theodoretus* T. II. Opp. p. 865. *Lyra* in h. l. *Menochius* in *Com Script.* T. II. in h. l. *Hieronymus*, *Coccejus* in *Lex.* p. 347. & *Com. in Proph. Min.* p. 410. Probat *Marckius* sententiam ex ה demonstrativo, verum quæ consequentia, ergo templum est intelligendum. (2.) Ex phrasi בית אלהים quod non in plurali sed singulari vertit, domum Dei ipsorum, i. e. templum. conf. *Esai.* LVI. 7. *Joel.* I. 9. 13. 14. At licet hæc omnia sint

sint